

portum feliciter pervenire; Ad hunc scilicet sollicitè D. Ephræm aspiravit, atque cum Basilio sibi Ductorem dari optavit anxie, divinâque gratia etiam **TIMORIS SPIRITVM** obtinuit; uti insignis illius de Animi Timore sermo, (Tomo primo Opp. fol. 69. occurrens) clarissimè indicat: *Coram Domino* (ait D. Ephræm) *constitutus vehementer contremui & expavi, presertim dum formidabilia illa Domini verba, maximamque animæ meæ confusionem atque turbationem animadverterem. Unde defecit præ TIMORE atque confusione animæ meæ, cogitabamque ubi me absconderem, quod tantam ignominiam ferre nequirem, dicebamque apud me: Venite montes & me peccatorem ac impium operite. Et demisso capite confusus, alta voce me ipsum deflere lamentabiliter cæpi, dicens: Cur ex utero matris prodii, ut Dominum mecum Sanctum & bonum atque misericordem exacerbarem? Cur conceptionem in utero matris, & corporis incrementum, donaque cælestia, ac sancta gratiæ Tuæ remedia, quæ dedisti Domine, contempsisti? Flens tamen proci, & cum planctu ac dolore cordis mei illacrymans rogavi & exclamavi: Exaudi Domine*

Domine